

QVAES  
TIONES VVLGA-  
tiores in Musicam, pro  
Magdeburgensis Scho-  
læ pueris digestæ, per  
Martinum Agri-  
colam.

1543.

Item de recto Testudinis collo  
ex arte probato, de Tonorum  
formatione, Monochor  
do, ac lectionum ac  
centibus.

M A G D E B U R G

Rex 17

# AD LECTOREM.



A V S A M, Optime Lector, cur opusculum hoc in quæstiunculas disposuerim, non ignores uelim. Ea uero hæc est, Alumni scholæ nostræ, quotannis certisq; & à præceptoribus constitutis temporibus, quæstionibus, quæ artium liberalium principia ac summas continent, publice disputando, inuicemq; interrogando, sese mutuo exercere solent. Quæ quidem docendi ratio, à doctissimis etiam hominibus hactenus studiose usurpata, non parum utilitatis pueris ipsis adferre uidetur. Quocirca, ut eo dexterius hanc quoq; iucundissimam nobilissimamq; Musices disciplinam, sine qua nec i. l. a artium aliarum absoluta esse poterit, alternis interrogamentis imbiberent, priorem libellum Anno 39. à me æditū, in nostorum tyronum usum, quibus meam iam diu impendi operā, ἐρωτήμασι cōplete, multisq; utilibus additamentis locupletare uisum est. Quæ si probe didicerint pueri, maximos olim fructus, non tam literarijs suis studijs, quam uitæ omni profuturos, acquisuisse sentient. Siquidem ex prisci, testantibus Frandimo & Macrobio, se nihil aliud quam literas ex Musica hauisse, professi sunt. Vnde Socratem, & Diodorum stocum cæcum, ne ipsis artium integritas deforet, Musi-

cam in senectute didicisse, legimus. Eaq; Deos placari, bellantium animos accendi, perturbatosq; refocillari, curas excuti, iram suggeri, infantes uagientes compesci, demones fugari, aues allici, iuuenes ac senes delectari, labores mitigari, multis in locis antiqui affirmant. Etenim iugi edocemur experimento & exemplo, q; cantant singuli, Cæsar, Rex, Princeps, Agricola, Pastor, Nauta, Faber, Auriga, Sutor, Lanio, Viator, Pellio, Pistor, Sartor, et cæteri pene oës artifices manu operantes. Ex quibus euidentissime liquet, nihil in hoc mundo, præter solam Musicam esse, quo labrantum mitigentur labores. Quod Quintilianus testatur, sic inquiens. Atq; natura ipsa uideatur ad tolerandos facilius labores, Musicam nobis dedisse, siquidem remigem cantus hortatur. Eamq; igitur natura= liter ita nobis congenitam esse sentimus, ut ea ne si uelimus quidem carere poterimus. Quamobrē nō im= merito Macrobius sic refert. Ecquid mirum, si inter homines Musicæ tanta dominatio est: cum aues quoq; ut Lusciniæ, Alaudæ, Merulæ, aliæue id genus, cantum ueluti quadam disciplina artis, exerceant. Et pasto= ralis fistula pastum progressis quietem imperet gre= gibus, &c. Omne igitur quod uiuit, Musicis capitur phthongis. Præterea Græci, dicente Cice. lib. i. Tuscu. summam olim eruditionem, in neuorum uocumq; can= tibus sitam esse censebant. Totam itaq; hanc scientiam ad Deorum cultum, clarorumq; uirorum laudem, ac iuuenum

iuuenum disciplinam usurparunt. Adolescentū enim  
animos molles ac teneros, ad modestiam & honestatem  
ea componi temperariq; oportere existimabant. Ni=  
mirum Aristo. in libris de Repub. Musicam studiose  
pueris addiscendam præcipit, ut scilicet à cunabulis  
recte honesteq; lætari consuescanti. itē mortuos quoq;  
ad sepulturam cum cantibus prosequi nostris iam tem-  
poribus cernimus, quod apud antiquos nonnullos, ut

Matt. 9. legitur, tibijs fieri solebat. Qui etiam in De=

orum sacrificijs, Lyris, Citharis, Tibijs, alijsue uarijs

musicis usi sunt instrumentis. Quamobrem, si prisci,

quamuis obscurissima huius artis habuere præcepta,

eam tantiæstimarunt, quanto magis nobis, quibus per-

spicacißime iam traditur, id facere conueniet,

et hanc non modo uoce humana, uerum etiam,

ut Dauid, Moses, cæteriq; sancti instrumen-

tis Musicis, in Dei gloriam usurpa-

re licebit. Cui Deo Opt. Max.

omnis debetur operatio, laus

honor potestas, & impe-

rium in secula

seculorum;

Amen.

# EPIGRAM

Ma Syngelij in Musicam Martini Agricolæ.

Si prius Agricolæ placuit tibi Musica lector,  
Aedita Teutunico quæ tamen ore fuit,  
Ausonia scriptus placeat quoq; uoce libellus  
Exhibit eximij quem tibi cura uiri,  
Afficit ergo tuam blanda scientia mentem  
Quæ de Musarum nomine nomen habet,  
Hæc lege dulcisoni præcepta facillima cantus  
Electat ut harmonicos lingua canora sonos.

# DE DESCRI PTIONE, VVLGARI- quæ Musices diuisione.

Quid est musica?

Est bene modulandi scientia, a Mō̄σα  
quod cantus latine dicitur, nomen habens.  
Inde Mō̄σικός, Musices peritus, nuncupatur.  
Vel secundum Boetium, Musica est facultas  
differentias acutorum & grauium sonorum  
sensu ac ratione perpendens. Non enim ut  
dicit Fanchinus, omne iudicium in Musicis  
sonis sensibus dandum, sed amplius rationi  
credendum est. Ipse enim sensus æque maxi-  
mis minimisq; corruptitur, nam neq; mini-  
ma sentire, propter ipsorum sensibilium pa-  
uitatem, potest, & maioribus sæpe confun-  
ditur, Ut in uocibus quæ si minimæ sint, dif-  
ficilius captat auditus, si sint maximæ, ipsius  
sonitus intensione, surdescit. Quo circa non  
auribus, quarum obtusa sunt iuditia, omnia  
sed & rationi permittenda sunt, ut quasi obe-  
diens quidam famulusq; sit sensus, iudex ue-  
ro atq; imperans ratio.

Musica quotuplex est:

A 4° Juxta

Iuxta uulgarem eius diuisionem est duplex, Plana et mensuralis. Plana est quæ planum tradit cantum, cuius notulæ perpetuo æqualiter proferuntur.

### Mensurata quid est?

Est quæ mensuratum docet concentum ita dicta, quia notulæ illius, inæqualiter, iuxta triū graduum exigentiam, mensurantur. Quandoquidem Maximæ, Longæ, Breues & Semibreues, in perfectis suis gradibus, ternario, in imperfectis uero binario mensurantur numero, ut olim cap. 4. in germanica Figurata uberius doctum est.

### De præcipuis Musicæ inuentoribus.

#### Quis Musicam inuenit?

Iubal filius Lemech, qui, libro Genesis 4. capi. 4. pater canentium Cithara & Organo fertur, ante diluvium primo eam inuenit. Postea uero Mosen & Dauid apud Hebræos Orpheum, Amphionē & reliquos tales apud Gentiles, Pythagoram apud Græcos, Boetium Rhomanum, a quo primitus Musicam e græco in latinum sermonem translatam esse legimus, apud Latinos, eam illuminasse augmentasseq; tradunt.

#### De Musicorum & Cantorum distantia.

Quis

# Quis Musicus, & quis dicitur Cantor:

Musicus dicitur, qui non canendi modo  
practicam habet, sed qui etiam ea, quæ ad  
Musicam spectant, intelligit, ac cæteris com-  
municare & tradere ualeat. Cantor uero, quæ  
Guido bestiis connumerat, dicitur qui ea,  
quæ Musicus ædedit, non intellectus purita-  
te, sed usu tantum pronunciat, de quibus Gu-  
ido sic ait.

Musicorum & cantorū magna est distantia,  
Isti sciunt, illi dicunt, quæ cōponit Musica  
Nam qui facit qđ non sapit, diffinitur bestia

Verum si tonantis uocis laudent acumina  
Superabit philomena, uel uocalis asina.

Aliud in turgidum, insciūm atq; bo-  
antem cantorem, uel, ut uocant, Cho-  
ralem, Baptista Mantuanus.

Cur tantis delubra boum mugitibus imples,  
Tū ne deum tali credis placari tumultus  
Caput primum de Notulis, Pausis,  
puncto, Colore, & Tactu mensu-  
rati concentus.

Quot sunt príncípia, ad uulgatio-  
rem canendi artem, in primis  
necessaria: Nouem

Nouem, scilicet Nota, Pausa, Punctus,  
**C**olor, Tactus, Scala, Solmisatio, Modus, Tonus, de quibus omnibus porro tradetur.

### Quid est notula?

Est signum, quo, non modo elenatio ac depressio, ut in planis cantionib<sup>9</sup>, uerum etiam productio ac correptio uocis, in fracto cantu, demonstratur.

### Quot sunt notulæ mensurati cantrusc

Octo, Maxima , Longa , Breuis  
Semibreuis, Minima , Semiminima  
Fusa, Semifusa . Quæ omnes specie,  
appellatioue & ualore inuicem discernuntur,  
una namque aliter formatu nuncupatur & profertur, quam alia, ut in figura cernetur.

### Vnde habent originem huius- modi Notulæ?

Ex Geometria, ut alibi docebitur. Dicuntur siqnidem hæ quatuor, Arithmeticæ, Geometria, Musica & Astronomia, Cyclicæ disciplinæ, quod ita ut κύκλος cōbinatæ sint, ut una sine alia perfecta esse nequeat.

De

**De viñj. notulis simplicibus  
Typus.**

Maxima      8

Longa      4      semitact. ualeat.  
4. ligabiles.

Brevis      2

Odo no-  
tulae  
diuidum  
tur  
in

Semibre.      1

C2

Minima      2

Semimi.      4      ad tactum  
4, illi-      minorem  
gabiles      Fusă      8      modulatur.

Semifusa      16

Cautium

## Cautiuncula.

Notulæ simplices, erectis seu demissis caudis descriptæ, idem significant, sic.  
At Figura duabus depicta caudis, nullius est capax, ut , uel , quæq; Semibreuis ualorem assumit.

## Alia.

Porro ultimæ duxæ Figuræ, Fusa & Semifusa, suam ob celeritatem, raro in uocis usum sumuntur, In Instrumentorum tamen clausulis, uel in proportionibus minoris in qualitatis aut in concentuum augmentationibus, crebro usurpari solent.

## De Colligatis Notulis.

### Quomodo scribuntur notulæ?

Bifariam, aut enim simpliciter, ut iam ostensum est, aut copulatim, ut sequetur.

### Quid est Ligatura?

Est duarum aut plurium figuratum simplicium, debito tractu colligatio. ut

### Cur adinuenta est ligatura?

Propter textus applicationem, nam ubi simplici note syllaba una applicatur, In ligatis Non

non raro binæ, tres, quatuor. &c. Notulæ ad syllabam unam proferuntur.

## Notulæ ligabiles quo<sup>t</sup> sunt:

Quatuor, Maxima, longa, Brevis, Semi brevis, cæteræ nunquam ligantur, quare illigabiles appellari solent.

## Quomodo pinguntur?

Quælibet, Maxima excepta, dupli<sup>c</sup>i formari potest specie, quadrata & obliqua.

## Quadrata quæ est?

Quæ ubiq<sup>ue</sup> angulis constituitur rectis, hoc modo.

## De angulis.

### Quid est angulus?

Est, ut Geometræ tradunt, qui ex duarum linearum coniunctione oritur.

### Quotuplex est angulus?

Triplex, Rectus, Acutus & obtusus. Rectus est qni linea recta super rectam posita, causatur, hoc modo.

Acutus

Acutus autem recto minor, Obtusus uero  
maior existit, ut hic monstratur.

Ecquotplex est quadrata.

Duplex, scilicet recta, & altera parte lon-  
gior.

Quadrata recta quæ est.

Est figura æquis lateribus, rectisq; angu-  
lis composita, sic.

Quadrata altera parte longior que ē.

Est ea, quæ oppositis modo lateribus  
æquis, ac rectis angulis formatur, ita

Quæ est obliquæ forma.

Est quæ ex utræq; parte angulos habet  
inæquales. Vel est figura oppositis tantū  
æquis conducta lateribus, sed non rectangula  
ut de quibus nouem subiuncti canones  
breuissime docent.

De initialibus.

Quæq; initialis sine cauda, Maxima  
dempta, iuxta proximæ succendentis eleua-  
tionem aut submissionem, iudicetur. Verū cau-  
data,

data secundum uirgulæ sinistræ ascensū uel  
descensum censenda erit, ut sequetur.

### Primus Canon.

Prima carens cauda, longa est, labente  
secunda.


#### Exemplum.



### Secunda regula.

Prima carens cauda, breuis est, surgente  
secunda.

#### Exemplum.



### Tertius Canon.

Prima manum ad læuam, breuis est, cau-  
data deorsum.

#### Exemplum.



### Quartus

## Quartus Canon.

Semibreuis prima est sursum caudata,  
sequensq.

### Exemplum.




## De medijs, Quinta regula

Mediæ dicūtur quotquot interprimam  
& ultimam clauduntur.

Sunt mediæ curtæ, uerum quæ proxima  
adhæret Sursum caudatæ, pro semibreui re-  
putatur.

### Paradigma.



## De ultimis, Sextus Canon.

Vltima quadrata dependés, sit tibi longa.

### Exemplum.



Septi.

## Septimus canon.

Vltima consurgens, debet Breuis esse,  
quadrata.

Paradigma.



## Octauis canon.

Est obliqua breuis, semper finalis haben-  
da, Quas tamen excipias, te regula quinta  
monebit.

Paradigma.



## Nonus canon.

Maxima nulla, potest uariare ligata ua-  
lorem.

Exemplum.



B

Paradigmæ

Paradigma omnium regularum prædictarum, & uocum, in Musica teutonica figura ta, reperietur, Cap. 2.

De pausis.  
Quid est pausa?

Est uirgula per lineas ac spatia transuersa deducta, silentium quantitatis notulae suæ indicans.

Vnde deducitur pausa?

Aluerbo græco τάνομα, quod defisto seu quietem capto, significat, Vox enim humana circa pausulas desinit & quiescit.

Species Pausarum quo sunt?

Octo, quæq; enim notularum peculia suam habet pausam, & quantum Nota ponit, tantum pausa priuat, Maxima dempta, cuius pausæ quatuor spatia attingentis, nullus est usus, præterquam in cantionum terminacionibus. Verum cum singulæ uoces circa eam desistunt, quidam generalem appellatam uolunt.

Cur adiuuent æ sunt pausæ?

Quadruplici de causa, Primo, ad anhe litus

litus refectionem, ne scilicet uox humana ex diutina modulatione, deficiat.

2.

Secundo fugarum gratia, quæ mirum immodum concentus iucunditatem augent dicente philomate. Insere sæpe fugas & erit subtile poema, Indigit ingenio qui subtileſq; bonasq; Vult fabricare Fugas, nam nil nobis illis.

Ecquid est Fuga?

Est clausulæ eiusdem, in diuersis cantilenæ partibus, reiteratio, ut in exemplis de Tonorum syntaxi monstrabitur.

3.

Tertio propter difficilem notulæ, in compositione, locatione, ad duarumq; concordantiarum, distinctionem, quæ nusquam nisi pausæ uel concordantiæ alterius interpositione, se sequi permittuntur, ut Symphonistis arte probatis, constat.

4.

Quarto ob harmoniæ uariationem, si quidem nunc cantare nunc pausare, uariare est, & quanto uariabilius tanto delectabilius auditoribus adparet, gaudet enim uarietate natura. Vnde. Namq; frequentatum turbat, recreat uariatum. Item ad euitandum modos

Bz

prohi-

prohibitos, ut pote Tritonutn, Semidiapente, Semidiapason, & alios, quoniam, ut cæteræ dissonantiæ, nusquam, nisi in uelocissimis notularum cursibus, pausarumq; intermixtione, in compositione admittuntur, de quibus hæc uideatur figura.

### Paradigma.




### De additionis puncto.

Quid est additionis punctum?

Est minimum quoddam signum, notulis fracti cantus adiectum, eisq; dimidium ualoris sui addens, ut hoc declarat paradigma.

### Exemplum.

De colo,



## De Colore.

### Quid est Color?

Est notularum denigratio, quæ figuris perfectis, .i. quæ ternario numero censentur tertiam, imperfectis uero, binario numero mensuratis, quartam adimit partem.

## De Tactu Musico.

### Quid est tactus

Est motio quædam, præcentoris manu facta, cantum dirigens mensuraliter. Solo igitur Tactu, quantum temporis notulis singularis ac pausis attribuendum sit, rectissime innuitur.

Tactus quotuplex est  
B 3 Secundum

Secundum recentiores, Triplex est, Maior, & Proportionatus.

Quid est maior Tactus?

Est, qui Breuem, in signis Temporis imperfecti semel diminutis, suo motu comprehendit. Qui etiam integri Tactus nomen habet.

Quare appellatur maior Tactus?

Quia in duplo tardius, quam semitactus, moderari solet.

Quid est Semitactus?

Est, qui in signis Temporis imperfecti semel diminutis, Semibreuis quantitatem retinet. Alias minor Tactus dicitur.

Cur a neotericis repertus est semitactus?

Ob puerorum captum, qui, ut expertus sum, facilius multo, quatuor Semiminimas sub tali signo C2. ad minoris Tactus motionem, quam 8. ad integri, proferre edocetur, quod quilibet horum Tactuum discretionem non ignorans, haud difficulter concedet.

Porro perpetuo in signis praefatis Minima una

una uel geminæ Semiminimæ, depositioni,  
totidemq; eleuationi huius Tactus applicari  
oportet.

### Quare dicitur Semitactus?

Quia dimidium motionis integri Tac-  
tus, retinet, Quare in duplo citius, quam in-  
teger mouetur.

### Quid est Tactus proportionatus?

Est cuius motio in Tripla ternas Semi-  
breues, uel in prolatione perfecta tot Mi-  
nimas, binas scilicet submissione, unamq;  
eleuatione, comprehendit. Nimirum hic  
Tactus ad chorearum integrorum saltuum,  
cantilenas, ut pote, Hastu mich genomen,  
uel, der kuckuck hat sich zu tote gefallen &c.  
non solum utilis uerum & pernecessarius ex-  
istimatur.

### Cur nuncupatur proportionatus Tactus?

Quia Triplæ & quandoq; Hemioliæ pro-  
portionibus, communis est. Ut pote, quan-  
do earum una in singulis concéitus Vocibus,  
notularū proportionis numero correspon-  
dentibus, pariter assignata fuerit. Verum

B 4 cum

cum inæqualiter eam habuerint uoces,  
non propotionatus, sed integer seu Semi-  
tactus, iuxta signorum exigentiam, usur-  
pentur.

## Quæ est differentia triū Tactuum?

Hæc est, quod maior minorem in dupla  
& proportionatum in Epitrita, sua motione  
excedit. Verum proportionatus minorem  
in  $\frac{2}{3}$  proportione excellit, ut sequitur.

## Paradigma

|              |            |                  |
|--------------|------------|------------------|
| Maior        | 4          | 4                |
|              | C2         | dupla            |
| Tactus Minor | continet 2 | Sesquiter        |
|              | Minimas    | Sequial: propor. |
| Propor:      | 3          | 3                |

Reliqua quæ hic de tribus Tactibus de-  
siderantur, ex germanica figurali petentur  
Musica, capit. 7.

## Caput ij. de Scala, Clauibus, & Vocibus.

### Quid est scala Musicalis?

Est figura, qua vox humana, iuxta notu-  
larum

larum positionem; tanquam corpus huma-  
num per scalarum gradus, sursum ac deor-  
sum dicitur, græce σύσκυα appellata.

### Ad quid ualeat Scala?

Ad cognoscendum, quatenus vox in  
cantu eleuanda aut remitenda sit, quod  
harmoniae peculiare est, nunc in altum nūc  
in profundum deducere uocem in ea siqui-  
uem, quid inter quasq; Notulas distantiæ sit,  
ac clauium differentiæ, situs, interstitia ac uo-  
ces, dilucide indicantur. Quapropter Tyro-  
nes hic admonitos uolo, quo eam ceu basim  
totius huius artis, memoria teneant & intelli-  
gant. Nam quemadmodum Grammatica  
scientia, sine Alphabeti literis nequaquam  
cognosci, ita nec Musica absq; Systematis  
clauibus apprehendi potest.

### Vnde dicitur scala?

A scandendo, quia perpetuo ab imis uox  
ad altiora in ea scandit, uel ab altioribus ad  
inferiora descendit. Id quod fit, cum de Cla-  
ue seu uoce ad aliam sursum uel deorsum ca-  
nitur.

### Cur uocatur Scala?

B s Duabus

Duab⁹ de causis. Priā ex forā, colligitur **Quia**  
certis suis lineis, tanquam Scala aliqua lignea  
gradibus suis perficitur. Alterā causam, usus  
figuræ illius indicat, Nam quemadmodum,  
ut dictum est, corpore humano per scalarum  
portatilium gradus, ita uoce in canendo per  
lineas ac spacia, iuxta clauium digesti onem,  
in ea ascenditur ac descenditur.

### Ecquotplex est scala

Triplex, bdura, bimollis & ficta. bdura  
est, quæ uocem duram, mi, in b. clave requi-  
rit quam b. quadratum, a fronte canticum  
sua in regione signatum, seu regionis uacui-  
tas. significat. Sub hac Scala, prim⁹, 2, 3, 4, 7.  
& 8, canonici decurrunt toni.

### Bmollis Scala quæ est

Est ea, in qua uox mollis, fa, in b. clave  
concinitur. Cuius indicium est, b. rotundum  
suo in loco canticis præscriptum. Hæc Scala  
potissimum in quinto & 6, tonis regulari-  
bus, & in 1, 2, 3, 4, 7, & 8, ad epidiateſſ. trans-  
positis, usurpatur, ut infra de tonorum for-  
matione patebit.

### Quid est ficta Scala

Est, in qua omnia clauium syllabæ  
ſinguntur,

singuntur, ut pote cum mi in f, fa in g. sol in  
a, &c modulantur. Et cognoscitur per qua-  
drati uel b. sphærici in locis peregrinis, assig-  
nationem, ut infra tradetur.

## Clavis quid est

Clavis metaphorice hic sumpta, dictio  
est ex litera & uocibus colligata, ut, c. sol fa  
ut, qua cantio ceu arcula per clauem reclam,  
aperitur. Id quod concentu aliquo, nullis  
præscriptis characteribus, facile probetur, de  
quo procul dubio nihil certi iudicari poterit  
donec claves characteristicæ in sua restituantur  
loca, quibus illico uniuersa quæ antea la-  
tuerant, aperiuntur oculisq; exponuntur.

## Quid sunt claves?

Hæ septem literæ, a, b, c, d, e, f, g, ter  
in scala repetitæ, uocibusq; musicis comexæ,  
claves nuncupantur.

## Quare dicuntur claves

Quia singula in cantionibus inter lineas  
ac spacia occulta occlusaq; iacentia, ut sunt,  
Vox, Modus, Cantus, Solmisatio, & Tonus,  
iis dictionibus, quemadmodum, ut supra  
diximus, per clauem arcuæ clausæ, referan-  
tur ac manifestantur.

Cur

## Cur non plures clauium literæ usurpantur

Propter octuarum, ut uocant, corre,  
spondentiam. Septem enim dūtaxat sonos  
discretos esse, Virgilius 6. Aenei de Orpheo  
afferit dicens.

Nec non Treitus longa cum ueste sacerdos  
Obloquitur numeris, septem discrimina uocum.

Verum, dicente ptolomeo, octauum so-  
num, primo ipsa iteratione persimilem, Dia-  
pason suscipit. Nam Diapason talem dua-  
rum uocum coniunctionem efficere, refert,  
ut una eademq; uox simul uideatur esse pro-  
lata. Id quod iuueni & adulto, planum ali-  
quem cantum pariter modulantes, ubi nul-  
lum aliud interuallum præterquam diapa-  
son auditur, facile experiri queat. Iure igitur  
Octauæ non modo literarum æqualitate,  
sed in cæteris omnibus, excepta positione,  
quadrant. de quibus porro de interuallis  
plenius trademus.

### DE SEPTENARIO NUMERO

Macrob. lib. 1. & 2. de somnio  
Scipionis.

Macrobius numerum septenarium om-  
nium rerum nodum esse tradit. Quocirca  
singula

singula quæ huiusmodi constant numero  
omnino integra æstimantur. Quod multis  
idem ualidissimis probat argumentis. Pri-  
mo siquidem hominis perfecti formatio-  
nem in utero, nec non incrementum ipsius  
per septenarium fieri numerum, refert. Item  
corporis partes septem esse, Caput, pect<sup>9</sup>, Ma-  
nus, Pedes, & Pudendum. Et in manibus, ut  
est Humerus, Brachium, Cubitus, Vola, & di-  
gitorum nodi terni. Simili modo in pedibus  
Femur, Genu, Tibia pes ipse, sub quo Vola  
est, & digitorum similiter nodi terni. Item in  
capitis uoraminibus, ut pote, Oris, Oculo-  
rum, Narium, & Aurium. Præterea sine hau-  
stu spiritum ultra horas septem, sine cibo u<sup>t</sup>  
tra totidem dies uitam non durare, inter re-  
liqua commemorat. Quamobrem et in Mu-  
sica, ubi etiam nihil quo ad perfectionem, de-  
sideratur, ultra septem sonos discretos repe-  
riri nequeunt, ut sunt, 1 A, 2 B, 3 C, 4 D, 5 E,  
6 F, 7 G. Octauus uero scilicet a primo uide-  
licet A, quemadmodum octaua aliqua Septi-  
manæ dies, primæ diei perpetuo æqualis, &  
ceu reiteratio illius offenditur, & sic de cæ-  
teris Duplis sentiendum erit.

**Cur præfatæ viij. literæ ter in Syste-  
mate reiterantur?**

**Propterea**

Propter octo tonorum regulatuum, ambitus, qui inter A. & aa, continentur. Infimi namque scilicet secundi toni remissio, fit ad A. Septimus autem, aliorum supremus, ad usque aa. licentia liter eleuatur. Porro tertia claviū digestio, de aa, ad ee. potissimum ob figura, ti concentus intensionem, cæteris adiuncta est, Quæ uulgariter in supra <sup>ma</sup>ma cantionis uoce Discantus uocitata, usurpari solet.

### Cur r̄imum Systematis locum occupat?

Ob secundi toni regularis, qui eam non nūquam licenter attingit, complementum. Græca autem huius literæ forma, ad Græcorum memoriam ac reuerentiam nos monet. a quibus diuinam hanc scientiam, per Boetium e græco in latinum translatam sermonem, ad nos fluxisse ferunt.

### Ecquot sunt claves musicales?

Juxta Guidonis traditionem 22. numerantur, quæ in Maiusculas, Minutas & Geminatas diuiduntur.

### Maiusculæ quot sunt?

Octo, r̄ A, Bmi, C, D, E, F, G, Ita dictæ, quod maiusculis pinguntur literis.

Quot

## Quot sunt Minutæ?

Similiter octo, a, b, b̄m i c, d, e, f, g, Sic appellatæ, quia paruis figurantur characteribus.

## Geminatæ quot sunt?

Sex scilicet, aa, bbfa b̄bmi, cc, dd, ee, Ita nuncupatæ, nam geminis literis scribuntur.

## Quare imparibus pinguntur characteribus?

Ob literarum in octauis æqualitatem, ac ne in Tabellatura instrumentalis (ut uocant) eadem æstimentur.

## Quid est Tabellatura?

Est, ut Orgamistis & Citharoedis placet, notularum concentus, in chauium suarum initiales literas, transmutatio, de qua in Germanica instrumentalis, abundantius traditum est.

Sequitur Testudinis collum, ex quo (literarum discretione obseruata) eius in Musica fundatæ Tabellaturæ, ratio, facile accipietur.

| G | Ce | K  | b  | d  | s |
|---|----|----|----|----|---|
| A | D  | G  | H  | c  | a |
| B | de | Ge | c  | f  | t |
| C | E  | E  | d  | g  | n |
| D | F  | g  | de | ge | x |
| E | G  | S  | e  | a  | z |

Clavium, in Testudinis collo,  
unisonantium, characteres.

C C Cis Cis

- - - -

D D E F

- - - -

Fis Fis G G

- - - -

a a b

-

Hæc unisonus cum unison⁹ est  
bmi e c

-

d d Dis dis

e

e

g

a

gis a

Quid, Cis, Dis, Fis, Gis, significant?

Gis a

Fis G

Dis fain E representat.

Cis D


G Sequitur

**SEQVITVR SCALA MV**  
ficalis, una cum solmifandi artifi-  
cio digesta, in qua clauum ordo,  
nomina, uoces, octo tonorum  
regularium fines, ac qua-  
tuor clauum charac-  
risticarum formu-  
læ, dilucide indi-  
cantur.

Iuditium uocum prestans est litera clavis,  
Vigintiq; duas claves dat musica Scala,  
Maiores octo numerat, totidemq; minutæ,  
Sex geminatas, quas subiecta figura docebit.

# Systema, seu Scala harmonica.

in Fā: h: la b moll:



Quid per puncta circa b. in Systemate indicatur.

Commata, quorum quatuor Semitonium minus, quinque Maius, & nouem tonum integrum constituunt, ut paulo inferius docebitur.

### Annotatiuncula prima

Claues infimæ r ut, Are, Cfa ut, Dsol re, ideo supernis carent Vocibus, quia cantus planus, nusquam infra Systema deprimitur, nec fa in Bmi contingit. Supremæ uero ccsol fa, ddla sol, eela, infernas non habent, quod supra scalam non fit eleuatio.

### Annotatiuncula altera.

Potissimum autem, quid inter bfa & bmi intersit, hic obseruabunt pueri. Siquidem, ut in Scala cernitur, loco tantum coeunt, phthongo uero maxime discernuntur. b igitur rotundum uocem mollem fa, quadratum uero duram, mi, sua in regione exprimendam esse significat, ut de Solmisatione explicetur. Nimirum nec ulla modulatio perfecte modulari potest, nisi mi ne an fa ibi accinendum sit, præcognoscatur.

De cla

## De clauibus characteristicis.

Quotuplices sunt claves?

Duplices, Signatæ & non signatæ. Signatæ sunt, quæ explicite certis figuris, in canticorum initijs situantur. Verum cæteræ omnes quod nunquam signantur, non signatas nuncupamus.

Quid lineæ rubræ glaucae, in planis prisorum cantibus, significant?

Rubræ, clavium F, f, glaucae vero, C, c, inditium sunt. Porro recentiores signatas omnes, initialibus suis literis seu alijs quibusdam characteribus figurant, ut in Systematis typouisum est.

Quare Semitonia tantum ita signarunt?

Quia Semitonium prolatu magis artificiosum ac difficilius est Tono, hinc magis indiget demonstratione.

Quot sunt claves signatæ?

Quatuor, F, b, c, g, perpetuo enim aliæ illarum in modulationibus, mox ab exordiis omnium uersuum, peculiari lineæ suæ

præscribi solent. Quæ exacte obseruatæ, eæ teras claves omnes curriculo patefacient. Signacula earum in Systemate reperient pueri. Aperiūt quattuor signatæ in margine cantus Ffa ut ex capitalibus, ac b,c, gq; minutis.

## De uocibus musicalibus.

Quid est uox musicalis?

Est uocis humanæ directio. Vel (ut quidam uolunt) est interuallorum nomenclatio, solis enim his syllabis, peculiaris cuiusuis modi sonoritas, uoci humanæ aperitur. Quemadmodum igitur nulla uox literalis, sine uocalib⁹, ita nec ulla melodia absq; musicis uocibus expedite proferri poterit.

Voces quot sunt?

Sex, ut, Re, Mi, Fa, Sol, la, quas si certe cantare didicerint Tyrones, singula interualla alia, per secundarum suarum, ut uocat resolutionem, facilime iudicabunt ac concinent.

Quomodo diuiduntur hæ uoces

In molles & duras. Molles sunt duæ, ut & fa, ita dictæ, quia molliter a proximis præcedentibus intenduntur, utpote cum de mi in e. ad ut uel fa in f, aut de mi in b mi ad ut seu

seu fa in c, modulatur. Duræ sunt 4. re, mi,  
sol, la, quæq; enim illarum cum uiciniori an-  
tecedente constructa, tonum constituunt in-  
tegrum. De quibus hæc uideatur cantu-  
cula.

**Quis** musicas uoces primo inuenit

Guido monachus Aretinus, quem Fran-  
chinus, eas ex Hymno subiuncto sumpsisse,  
literisq; Systematis, quæ olim simplices fuere  
adiunxit, testatur, ut hic & in Scala perspi-  
cue cernitur.

### Hymnus

|                 |                 |
|-----------------|-----------------|
| ut              | re              |
| Vt queant laxis | Resonare fibris |
| mi              | fa              |
| Mira gestorum   | Famuli tuorum,  |
| sol             | la              |
| Solute pollutos | Labij reatum    |

Sancte Ioannes.

**Cur** repertæ sunt hæ syllabæ

Vt cuiusq; modulationis phthongi uo-  
cesue, quæ essentialiter scribi nequeunt, eo fa-  
cilius usu & exercitatione memoriae manda-  
ri poterint.

**Quare** dicuntur uoces

C 4 Quia

Quia, quemadmodum uocales quam,  
libet dictiōnem, ita hæ syllabæ quemq; con,  
centum, recte sonare faciunt.

## Paradigma

Fuga 2. temp. in Epidiapente. 2 Discant.  
1 Altus.



Tenor.



7. ton. imper.

Bass.



## De uocum proprietatibus.

Vt cū fa mollis uox est, quia cantica mollit,  
Sūt reliquæ uoces duræ, quia semper in odis  
Vocibus annexæ uicinis, cantica durant.

Aliud


# Alind paradigma.

Discautus.




7. toni irregu.

Altus.



Tenor.



7. toni regu.

Bassus.



7. toni irregu.

C S

Cput

**Caput tertium de uocum mutationib⁹, ac facilí solmísandi modo, itē de clauíum transpositione.**

**Quid est uocum mutatio**

Est unisona syllabæ unius, pro alia usus pati⁹, uidelicet cum sub Scala b̄dura, la in ala mi re, in re, & econuerso, mutatur, ut ex solmisationum regulis & exemplis liquide percipietur.

**Cur adinuenta est mutatio uocum**

Quia concentus sæpenumero extremas excedunt syllabas, Quod fit cum infra Ut cā dunt, uel supra la eleuantur, qui absq; uocū mutatione seu repetitione, accini nequeunt.

**Quoties reiterantur eæ uoces**

Septies in Systemate locum habent. Prima enim earum digestio in r, altera in C, in F 3, 4 in G, 5 in c, in f 6, septima in g mi nuta exorditur, ut in Scala uisum est.

**De solmificatione**

**Solmisiatio quid est?**

**Eft**

**E**st debita, phthongorum simul ac syllabarum, iuxta notularum positionem, expressio. Est enim solmisiare, notarum sonos una cum peculiaribus suis uocibus proferre.

## **Quot requiruntur ad solmisationē**

Tria, primum ut sciatur quæ claves uocesue lineis singulis ac spatiis in canticis adhibeantur, quod haud rectius, quam accepta Scala, ex clavium characteristicarum praescriptione, cognosci potest.

Secundum ad b. quasi ad principem clavem, respectum habeat Solmisor, minime anima ibi moduletur. Nimirum secundum harum exigentiam, omnium clavium reliquarum uoces, in canticis usurpari ordinariq; oportebit, ut iam indicetur.

Tertium binas uoces Re & La, tenaci memoria teneat, ubi uidelicet Re in eleuatione & La in submissione cantilenæ sumendum sit, quo notato, cæteræ uoces omnes statim se se aperient. Quemadmodum in subiunctis duobus canonibus quibus totius Solmisationis scopus, non breuiter modo uerum etiam exactissime contentus est, dilucide tradetur.

## **Annotatiuncula.**

**Vocibus utaris solum mutando duabus,**

**per**

**P**er re quidem sursum, mutatur per la deorsum.

### **D**e cantus diuisione.

#### **Q**uid est cancre

**E**st uocem, pro rerum decantandarum affectu debite eleuare ac submittere, quare non cantat, qui semper eundem uocis sonū ædit.

#### **Q**uot modis accinitur

**T**ribus, primo uoce humana, & hoc bifariam, Solmifando, aut textum applicando. Secundo, Tibiarum sono, utpote Organis Tubis &c.

**T**ertio fidium tinnitu, ut Clauichordis, Citharis, Testudinibus, & sic de reliquis. Omnia igitur musices instrumenta, quod canendi signum præbeant, canere dicuntur. Quo circa Tibicines tibia, Tubicines tuba, fidicines fidibus canere tradimus. Ut in his Ouidij de Arione carminibus appareat. Ille sedet Citharamq; tenet [preciumq; uehendi, Cantat & æquoreas carmine mulcet aquas.

#### **C**antus quotuplex est

**I**uxta b. clavis uariationem, duplex Dia  
[tonici]

tonici generis reperitur cantus, b<sup>m</sup>ollis & b<sup>d</sup>urus.

## Quid est Diatonicum cantionis genus

Est, in quo quodlibet Tetrachordum per binos Tonos & Semitonum unum, cantatur & hoc solum cantoribus commune est. Reliqua uero duo, Chromaticum & Enartmonium, eorum ob difficultatem, non sunt in usu.

## Quid est cantus b<sup>m</sup>ollis

Est qui uocem mollem, fa, in b. clave usurpat, unde & b<sup>m</sup>ollis nuncupatur.

## Quomodo cognoscitur cantus b<sup>m</sup>ollis

Per b. sphæricum, a fronte cantionum peculiari stationi suæ præscriptum. Vel ex tono plœrunq; perspicitur, Quæq; siquidem cantio s. & öti tonorum regularium, quæ perpetuo in F. magno exit apud neotericos b<sup>m</sup>ollis est, de qua pueris subsequens observandus erit.

Canon .i.

Dare

Dat re bmollaris scandens in d. atq; gsolre,  
At descendendo canitur la in d, simul aca.

Ecquid d.gsolre, uel a. designant  
d. Dsolre, diasolre, ddiasol.  
per gsolre. r ut, Gsolre ut gsolre ut accipiūtur  
a, Are, alamire, aalamire  
Antiquorum, de cantu bmolli, opī  
nō.

Prisci, ut in eorum canticis appareret  
raro bfa usi sunt. Quod etiam Bernhardus in  
præfatione Musices suæ testatur, ubi eos, qui  
primum & 2. Tonum in G. magno sub Sca-  
la bmolli finiunt, acriter improbat, inquiens  
b. sphæricum ad proprietatem finalium de-  
terminandam, non esse adiumentum, sed ad  
seruandam in plerisq; cantibus, scilicet, pri-  
mī 2, 5, & 6, Tonorum ἐνθωνίας, quā apud  
eos minueret uel auferret Tritonus. Item ad-  
dit, nullum cantum qui sine b rotundo no-  
tari poterit, per ipsum notari debere. Hoc  
quidem in planis modulationibus conceden-  
dum censeo, uerum in mensuratis, necessario  
primum & 2. tonum bmolliter non raro in  
G. maiusculo terminari oportet. Id quod  
quisq; Cōpositionis gnarus, facile concedet.

Paradig-

**Paradigma.**  
**Tenor. Discantus.**




Euga in epidiapente post temp⁹, l. to, irregu.

**Bassus.**



**Paradigma aliud**  
**Discantus.**



2. toni irreg.

**Altas.**



**Tenor.**

Tenor.



z. toni irreg.

Bassus.



l. toni irreg.

### Cantus bdurus quid est

Is est, in quo uox dura, mi, in b. clave  
concinitur, quare & bduri nomen habet.

Inditiae huius cantus quæ sunt

### Cantus bdurus

Per singularum in exordio notarum,  
orissionē, seu p. b. orbicularis aut signi hu-  
ius in suo loco, adscriptionem significatur.  
Quanquam ex tono commodius hæc ipsa  
fieri possit cognitio, quandoquidem  
qui uis cantus 1, 2, 3, 4, 7, & 8 tonorum cano-  
nicorum, id est, in D, E, aut G, desistens, bdu-  
rus est, ut porro de Tonis declarabitur, de  
quo hic notandus est

Canon

## 'Canon z.'

In d, ea, quādo eleuas, re sumitur inq; bduro,  
Et cū deprimitur cantus, la in e, & a modula-  
tur.

Quid per d.a. & e, intelligitur

d, Dsolre, dlasolre, ddlasol

per a, Are, alamire, aalamire significatur

e, Elami, elami, eela

## Appendix

Si autem concentus huiusmodi ab a, ad proximam tantum intenditur, illicoq; ad F. cadit, tum euphoniae gratia ad euitandumq; tritonum, fa ibi cantetur, ut hoc probatur exemplo. Id quod etiam usu uenit cum cæteris in locis cantio ultra la ad proximam modo scandit.

## Paradigma

Fuga in Epidiaphason post tempus. Tenor,

Discant⁹

D.

I, toni reg.



Vox tertia.



Quare cantus b<sup>d</sup>urus quadrato, &  
b<sup>m</sup>ollis spherico b<sup>p</sup>ernotatur

Propter representationis conuenienti-  
am, quoniam, ut ait Aristoteles, figura dicit  
in cognitionem naturæ rei. Nam quod qua-  
dratum est, propter acies, durius, quod uero  
rotundum, mollius est tactui. Quocirca qua-  
dratum, duriter, sphæricum uero b<sup>m</sup>olliter  
uocem ex a, ad b, eleuandam esse significat.

Aliud exemplum.

Discantus



Airus



Tenor

Tenor



Bassus



De & b. proprietatibus & no-  
minibus.

quadratum quadratā. retinet  
formam.

b durum q̄a duriter profertur  
Quodlibet il- mi mi significat.  
lorum trimomi rotundum sphericam habet  
formam.

um est, scilicet b, molle q̄a molliter modula-  
tur.

fa fa uocē repreſetat

Annotatiuncula prima

Quæq; Maiuscularum ac Geminatarum  
similis Minutæ imitatur analogiam. Qua-  
propter uoces quæ imo uel supremo loco in  
Mensuratis canticis extra Systema accinun-  
tur, ab octauis earum in Scala contentis, su-

D 2 mi opor-

mi oportebit. Quemadmodum igitur quæ, libet septimanæ dies, octauæ diei, ita omnis clavis, octauæ præcedenti seu sequenti correspondet, ut hic uidere est.

### Exemplum.

### Maiores. Minutæ. Geminatæ.

|              |                         |               |
|--------------|-------------------------|---------------|
| D la sol re. | g sol re ut.            | gg sol re ut. |
| C sol fa ut. | f fa ut.                | ff fa ut.     |
| B fa, B mi.  | e la mi.                | ee la mi.     |
| A la mi re,  | d la sol re.            | dd la sol re. |
| R sol re ut. | c sol fa ut.            | cc sol fa ut. |
|              | bfa, bmi.               |               |
|              | a la mi re.             |               |
|              | G sol re ut, maiuscula. |               |

### Wences. philo.

Quā p̄fers uocē modulādo in clave minuta,  
Sumere non spernas, quāuis ibi nō sit, eandē  
In simili capitali clave, uel in geminata.

### Annotatiuncula altera

In quartis, quintis & octauis, non raro de syllaba in similem fit solfa, utpote de re ad re, mi ad mi, fa ad fa, &c. Cuius exemplū in plana germanica Musica habetur, cap. 4.

De

## De ficto cantu cautiuicula.

Porro cum bfa uel bmi non ab initio, uerum in medio accentuum quandoq; inse- runtur, in solam notam proximam sequen- tem agunt. Sin uero peregrinum sibi locum uendicant, ficti cantus inditum sunt, ubi ali- quoties mi in c, f, g, d, profertur, & fa in a, d, g, apprime tamen in cantu bmolli in e, per- notari & concini solet. Est igitur cantus fict<sup>9</sup> qui contra clauium naturam, per fictas seu pe- regrinas modulatur uoces. Cuius rationem in cæteris Musicis reperient pueri, Hic siqui- dem non fictam, sed ueram solmisationem tradere conatus sum.

### Exemplum.



Fuga. Dis. ex Ten. in Epidiapas. post Temp<sup>9</sup>.

### De clauium transpositione.

Quid est clavis transpositio?

Est clavis characteristicæ, de linea ad ali- am, traductio, ob linearum defectum reperta

D 3

Quam,

**Quam** ceu rem ad solmisationem pernecel-  
sariam , Tyronibus minime negligendam  
esse censeo, de qua breuiter subiuncta nota-  
da erit

## Regula

Quantum clavis eleuatur, tantum nota  
sequens a loco suo submittitur . Quantum  
uero deprimitur clavis, tantum nota inten-  
ditur, ut in exemplo cernitur sequenti.

## Paradigma

### Tenor



Fuga in Epidiapent, post Semibre,

### Discantus



Caput iij de interuallis musicis,

Ecquid est interuallum?

Et

Est grauis acutiq̄ soni distantia. Ex quib⁹  
bus euidenter deprehendit⁹, unisonum, cū  
acuminis grauitatisq; exp̄s existit, non pro  
intervallo, uerum, ueluti unitatem numero-  
rum, pro basi solum aliorum modorum, ex-  
istimari oportere. Quemadmodū igitur in  
Arithmetica monas, in qua unitatū collectio  
desyderatur, non numerus sed numerorum  
aliorum initium est, & pūctus in Geometria  
cui deest longitudo, non linea sed lineæ ex-  
ordium, ita Vnisonus in Musica, quod in eo  
nec acumen neq; grauitas sonorum apparēt,  
nō modus sed modorū reliquorū origo est.

### Quot sunt modi usitatiores?

Nouem, ἅμιτονος τόνος ἅμιδίτονος δίτονος δία-  
τεσάρωμ, διατέντε, ἅμιτονος διαπέντε, τόνος δια-  
τέντε, διαπασῶμ.

### Quid est unisonus?

Est crebra eiusdem soni, repetitio, utpote  
cum in una eademq; clave, Ut ut, re re re, mi  
mi mi, &c. accinuitur, ut in exēplo cernitur se-  
que iti. Qui apud Theoricos in proportione  
æqualitatis consistit, ut 2, 3, 4, &c.

234

Paradigma




ut ut ut, re re re, mi mi, fa fa, sol sol, la la,

### 1. Semitonus quid est?

Est mollis deductio uocis, de mi ad fa proximum, & econtrario. Alias secunda minor seu mollis nuncupatur, quia quatuor modo commatis construitur. Cuius theorica proportio est, 2 4 3

2 5 6

### Exemplum



mi fa, mi fa, fa mi fa mi.

### 2. Tonus quid est?

Est robusta, uocis de syllaba ad uicinior rem (dempto mi fa) eleuatio uel depressio, hoc modo Ut re, re mi, fa sol, sol la, & econuerso. Vulgo secunda maior uel dura dicitur, quia nouem constat commatis, ut in Typo cernetur. A tonando .i. fortiter sonando ita dictus, Τονώ enim græce, intendo uel roboro

borō latie significat. Porro accurata Semito  
ni ac Toni obseruatio, reliquos modos om-  
nes, quia solum iis connectuntur, confessim  
patefaciet. Nam, quid aliud est Semidito-  
nus, quam Toni ac Semitonii, & Ditonus  
duorū Tonorū, Diateffaronq; duorū tono  
rū cū Semitono, syntaxis, Tonus apud Theo-  
ricos reperitur in proportione 8.

9

### Quid est Comma?

Est tenuissima duorum sonorum inter-  
capedo, quorum nouem unum integrum  
perficiunt Tonus.

### Quomodo differunt Tonus & Semitonus?

Sic, Tonus namq; nouem, & Semitonus  
tantum quatuor complectitur commata.

### Quotuplex est Semitonium?

Duplex, Maius quod quinq;, & Minus  
quod quatuor coaceruatur commatibus, ut  
in Typo apparet subnexo.


### De Toni & Semitonij dis- cretione.

D S Typus.

# Typus.

Ton⁹ in  
duo diui-  
ditur Se-  
mitonia  
scilicet,  
in maius  
& minus  
uel quod  
idem est  
in Apo-  
tomen  
& Die-  
sim.

Toni diuisio.



## De Tono paradigma.




ut re, re mi, fa sol, sol la

iij. Quid est semiditonus?  
Est interuallum de phthongo ad tertiu-  
um, to,

tium tono ac semitonio constructum. Cuius  
duæ species sunt, re fa, mi sol. Alias tertię mi-  
noris nomé habet. Proportio illius est 2 7

32

### Exemplum.




re fa, mi sol descen.

### iiij. Ditonus quid est?

Est modus de sono ad tertium, duobus  
tonis integris consistens. Qui similiter duas  
possidet species, Ut mi, fa la. Vulgo tertia ma-  
ior appellatur. Et offenditur in propor-  
tione 8 1

6 4.

### Paradigma




ut mi, fa la. descen.

### v. Quid est diatessaron?

Est uocis, de sono ad quartum, deductio,  
binis

binis tonis ac semitonio constans. Et dicitur  
a δια quod est per, & τεσσαρων, quatuor, nam  
perpetuo ibi de uno ad quartum concinitur  
phthongum, cuius species sunt tres, ut fa, re  
sol, mi la. Habetque proportionem 3  
4.

### Exemplum



ut fa, re sol, mi la.

### vi. Diapente quid est?

Est uocis, de phthongo ad quintum, intensio seu remissio, ex tribus tonis ac semitonio contexta. Et dicitur a δια. i. per, & πέντε quinq[ue] quia de sono ad quintum fit modulatio. Habet species 4. ut sol, re la, mi mi, fa fa. Cuius peculiaris proportio est 2  
3.

### Paradigma



ut sol, re la, mi mi, fa fa.

7. Semi-

vij. Semitonusdiapente quid est.

Est duorum sonorum per sextam minorem, distantia, tres tonos cum geminis semitonis continens. Cuius species sunt re fa, mi fa mi sol, per sextam mollem modulatae.  
Subijciturq; proportioni 81  
128.

Exemplum




re fa, mi fa, mi sol.

viij. Tonusdiapente quid est.

Est uocis, per sextam maiorem, arsis uel thesis, ex quatuor tonis ac semitonio constans. Fitq; de ut ad la, read mi per sextam duram. Cui hæc appropriatur proportio 16

27.

Paradigma



ut la, re mi,

9 Dia

## ix. Diapason quid est?

Est duorum phthongorum per octauā distantia, ex quinque tonis duobusque semitonis digesta.

## Diapason quot habet species?

Tot, quot clavium literæ sunt, prima si, quidem fit de A. ad a. Secunda exad B b Tertia de C. ad c. Quarta ex D. ad d. Quinta ab E ad e. Sexta de F. ad f. Septima ex G. ad g. Et dicitur  $\alpha\delta\gamma\alpha$ , quod est per, & πασῶν omnes, nam modos præfatos omnes, uel singulos sonos discretos (de quibus superius tradidimus) in se complectitur, τῶν στοιχείων græce, omnis latine dicitur. Et consistit Theorice, in dupla proportione, hoc modo

8

Cætera, extra diapason, interstitia, diligens quisque lector per se facile inuestigabit. Usus etenim, optimus artium magister, ea docet.

## Exemplum

disdiapason.



descendendo sic.

A. B. C. D. E. F. G.  
ascendendo.

## Appendix.

Porro ex septem prædictis Duplæ spe-  
ciebus, singulorum Tonorum canonicorum  
cantiones formantur. Prima siquidem spe-  
cies, Secundi Toni ambitum & claves conti-  
net. Secunda quarti, Tertia 6ti, Quarta pri-  
mi & octaui, & quamuis hi duo Toni eādem  
ūsurpant Octauam, fine tamen maxime diffe-  
runt, quia primus in D. Octauus uero in G.  
desinunt Quinta species Tertiij, Sexta quinti,  
Septimaq; Septimi Toni claves ambiunt, ut  
infra de Tonorum syntaxi plenius disser-  
mus.

## De Modis prohibitis

Modi prohibiti qui sunt:

Hi sunt, Tritonus trium Tonorum qua-  
ta, de fa

ta, de fa ad mi. Semidiapente, quinta ex mi  
in fa, binis Tonis todidemq; Semitonis con-  
structa, Septima. Semidiapason, Nona, 10,  
11, 12, 13, & reliqui extra Diapason.

### Cur dicuntur prohibiti modi?

Quia, eorum ob ineptiam difficultatem  
q; in canticibus planis nusquam, in figura-  
tis uero rarissime usurpantur. Quorum no-  
titia Symphonistis, qui illos cum in simplici  
Tonorum syntaxi, tum in partium diuersa-  
rum compositione uitare tenentur, pluri-  
mum confert.

### Appendix

Tametsi, Tritonus & Semidiapente quan-  
doq; in canticis fractis, scilicet in uelociori-  
bus, Notularum motibus uel pausarum in-  
terceptione, admittuntur.

### De δισδιαπάσων seu duplīci octaua.

#### Ecquid est disdiapason?

Est duorum sonorum per decimam  
quintam distantia, tonis decem, quatuorq;  
semitoniis constans.

Quas

## Quæ sunt huius intercapedinis exempla:

Hæc sunt, A & aa, B & bb, C & cc, D & dd,  
E & ee. Appellaturq; corpus totius cantus  
plani, quia ut supra tradidimus, omnes Toni  
canonici in ea, quæ est inter A & aa, compre-  
henduntur.

Quocirca quindecim chordarum digestio-  
nem, perfectissimum prisci æstimarunt inter  
uallum.

## Quæ est theoria istius modi proportio:

Quadrupla, quod haud difficulter ex-  
duarum Duplarum additione probari pote-  
rit, ut illarum 2 & 2 additio, facit 4. Vel,  
1 & 1

cum Octauæ Octaua iungitur, fit Bisdiapa-  
son, seu decimaquinta.

## Appendix

Nimirum in hoc interuallo natura,  
quasi in scrinio humanam reclusit uocem, ul-  
tra quod nec deprimi neq; eleuari ualeat.

Quare si supra excelsam notulam intensa  
uox fuerit, factitia & gannitus, subter uero  
imam remissa, screatus potius quam uox ge-

E      nuina

nūria existimatur. Id quod quilibet uoce pro  
pria inuestigari queat. Cum autem natura  
hanc Symphoniarum uoci humanæ tribue-  
rit metam, sumptum est in popularem ser-  
monem, ut quæ longissimo discrimine in-  
ter se diffita sunt, adeoq; seiuncta uidentur,  
ut magis seiungi nequeunt, ea Disdiapason  
distare dicuntur. Ut, discrepat Disdiapason,  
argentum cum plumbo. Item Lutherana uel  
Christianæ cum Papistica, seu quod idem est  
cum hæretica & dyabolica doctrina. De re-  
liquis huius prouerbii, consule Eras. Rot. in  
Chiliadibus.

Theoricæ xvij modorum pro-  
portiones.

|               |                      |     |
|---------------|----------------------|-----|
|               | 524288               | 2   |
| 1 Comma       | 10 Diapente          |     |
|               | 531441               | 3   |
|               | 243                  | 81  |
| 2 Se. to. mi⁹ | 11 Se. to. diapent   |     |
|               | 256                  | 128 |
|               | 2048                 | 16  |
| 3 Se to. mai⁹ | 12 To. diapent.      |     |
|               | 2187                 | 27  |
|               | 8                    | 9   |
| 4 Tonus       | 1, Se, dit. diapent. |     |
|               | 9                    | 16  |

|                      |       |                            |
|----------------------|-------|----------------------------|
|                      | 27    | 128                        |
| 5 Semidit.           | 14    | Dit.diapente               |
|                      | 32    | 243                        |
|                      | 64    | 1                          |
| 6 Ditonus            | 15    | Diapason                   |
|                      | 81    | 2                          |
|                      | 3     | 243                        |
| 7 Diates.            | 16    | Semito.diapa               |
|                      | 4     | 5012                       |
|                      | 512   | 8 4                        |
| 8 Tritonus           | 17    | Ton <sup>9</sup> diapa. ul |
|                      | 729   | 18 9                       |
|                      | 729   | 27                         |
| 9 Semidiapent.       | 18    | Se.dit.diapa.              |
|                      | 1024  | 64                         |
|                      | 64 32 |                            |
| 19 Ditonusdiapa.ul   |       |                            |
|                      | 162   | 81                         |
|                      | 3     |                            |
| 20 Diates.diapa.     | 8     |                            |
|                      | 256   |                            |
| 21 Trito.diapa.      | 729   |                            |
|                      | 729   |                            |
| 22 Semidiapét.diapa. | 2048  |                            |

|           |                    |                |                |
|-----------|--------------------|----------------|----------------|
|           |                    | 2              | 1              |
| <b>23</b> | <b>Diapét.</b>     | <b>diapas.</b> | <b>uel</b>     |
|           |                    |                | 6              |
|           |                    |                | 3              |
|           |                    |                | 81             |
| <b>24</b> | <b>Sc.</b>         | <b>to.</b>     | <b>diapét.</b> |
|           |                    |                | diapa.         |
|           |                    |                | 256            |
|           |                    |                | 16             |
|           |                    |                | 8              |
| <b>25</b> | <b>To.</b>         | <b>diapét.</b> | <b>diapa.</b>  |
|           |                    |                | uel            |
|           |                    |                | 54             |
|           |                    |                | 27             |
|           |                    |                | 9              |
| <b>26</b> | <b>Se.</b>         | <b>dit.</b>    | <b>diapét.</b> |
|           |                    |                | dia.           |
|           |                    |                | 32             |
|           |                    |                | 128            |
|           |                    |                | 64             |
| <b>27</b> | <b>Dit.</b>        | <b>diapét.</b> | <b>diapas.</b> |
|           |                    |                | uel            |
|           |                    |                | 486            |
|           |                    |                | 243            |
|           |                    |                | 1              |
| <b>28</b> | <b>Disdiapason</b> |                |                |
|           |                    |                | 4.             |

## Caput quintum de Tonis Musi- cis.

### Quid significat Tonus?

Tonus græce, sonus latine dicitur. Et est  
 æquiuocum ad tria. Primo, immediatam du-  
 arum uocum distantiam significat, utpote,  
 cum de Ut ad re, re ad mi, fa ad sol, sol ad la,  
 & econ-

& econuerso modulatur, ut de interuallis traditum est. Secundo, sonoræ uel dissonæ uocis compositionem, & sic bonam melodiam bonum tonum, & malam, malum dicimus. Tertio, certa lex & regula, ad eleuandum ac deprimendum quemq; concentum, a Musicis nuncupari solet, & hoc modo hic capitur.

### Quid est Tonus?

Est regula, secundum quam cuiuslibet concentus cursus ac melodia, in exordio, medio ac fine, coaptatur. Vel, Tonus est regula initij medij ac finis. Quemadum igitur in Grammatica omnis sermo octo partibus rationis, ita in Musica quisq; cantus integer, octo Tonis statuitur & regitur.

### Toni quot sunt?

Octo scilicet, Primus, Secundus, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Et dicuntur Toni, quia ex Tonis eorumq; partibus constituuntur.

### Quomodo diuiduntur?

In Acutos & Graues. Acuti quatuor sunt qui numero impari constant, ut, 1, 3, 5, 7.

### Cur dicuntur acutis?

E 3

Quod

Quod acutas, scilicet ad diapason extensas, ædunt harmonias. Quos prisci, quod ad animi affectus incitandos aptissimi existimatur, authenticos, id est, duces seu dominos aliorum tonorum, uocarunt.

## De numeri descriptione ac diuisione.

### Quid & quotplex est numerus

Numerus, ut Arithmetici tradunt, est unitatum collectio. Qui iuxta uulgarem eius diuisionem, bifariam diducitur, in parem scilicet & imparem.

### Quid est numerus par

Est qui, absq; unitatis medio, in binas æquales particulas disiungi potest, ut quaterarius 4, qui in 2 & 2, diuiditur, & sic de cæteris paribus.

### Quid est impar numerus

Est qui in duo æqualia, sine unitatis medio, secari nequit, ut est quinarius 5, qui in 2 & 2, intercidente unitate diuiditur. Simili modo cum reliquis imparibus uidelicet 3, 7,

9, 11, 13, 15, 17, &c, euenit.

### Graues toni qui sunt

Cæteri quatuor de numero pari, 2, 4, 6,  
8. Ita appellati, nam graues causant cantio-  
nes. Qui a ueteribus placales uel subiugales  
appellati sunt, nam remissiores ad animi af-  
fectus incitandos, reputantur. Qui, si perfecti  
fuerint ad diapente modo a finalibus con-  
surgunt, ad diatessaronq; decidunt. Ita qui-  
uis tonorum perfectus ex diapason confici-  
tur.

### De finalibus clauibus Tonorum canonicorum.

#### Quam dícis finalem clauem

Eam, in qua cantio regularis desinit.  
Quinetiam sedes non raro appellantur, nam  
concentus ceu in sede in eos incumbit &  
& quiescit.

#### Quot sunt claves finales

Ex quo perpetuo duo Toni, Acutus cum  
suo Graui, eandem occupant sedem, quatu-  
or dūtaxat sunt fines Tonorum regularium

E 4 sci licet

scilicet D, primi & secundi toni terminus, E,  
tertij & 4, F, 5, & 6, G, 7 & 8. Ita dictæ, nam  
quisq; cantus canonicus, in ijs desinit.

### Exemplum

|           |              |         |   |      |
|-----------|--------------|---------|---|------|
| G         | sol          | 7       | 8 |      |
| Cant⁹ exi | F uel fa est | 5 uel 6 |   | Toni |
| censin    |              |         |   |      |
| E         | mi           | 3       | 4 |      |
| D         | re           | 1       | 2 |      |

### Cur dicitur canonicus caritus?

Quod priscorum musicorum imitatur  
canones, qui tantum in 4 prædictis locis, su-  
os terminarunt tonos. At si alibi desistit con-  
centus, irregularis seu transpositus uocitatur  
ut paulo post patebit.

### Quomodo differunt acutus cum suo graui?

Hoc modo, acutus namq; addiaphason  
a fine

a fine tollitur & ad proximam duntaxat remittitur. Verum grauis diapente sursum, diateffaronqe deorsum contingit, ut in Typo claret subnexo. Nimirum quot uocibus acutus superat grauem suum in extensione, tot superatur ab eo in submissione.

Sequitur Typus de cursu ac finibus Tonorum regularium.

diateſſ.

G.& ad remittitur, ad

p̄ximā.

diateſſ.

F.& ad cadit,

ad p̄ximā.

diapentenq

E.& ad deprimitur, ad

p̄ximā.

diateſſ.

D.& ad labitur, ad

p̄ximā

diapentenq  
tollitur, >  
diapasonq

diapentenq  
scandit, 6

Oſtauamq  
b.toni

sextamq  
eff,

intēditur, 4  
diapasonq  
bduri toni

diapentenq  
diateſſ.

2  
conſurgit  
1  
bduri toni

Quonodo cantiones exordiantur

Acutorū

1.3.5.7.

Submiffa

altum

Grauium in cipientur uoce Acuta

quia in pfundū rendunt

2.4.6.8.

Mixtorum

Mediocri

utrunq;

1&2,3&4,5&6,7&8,

### Appendix de Musicorum licentīs.

Quinetiam cuiq<sup>o</sup> tono, Musicorum ex licentia, due ultra naturalem sum cursum, accommodantur uoces, una in sublimiori, altera in inferiori modulationis parte, quare tum decimam completere ualeant, ut in Tenore huius exempli constat.

Sequuntur omnium tonorum  
paradigmata.

De Primi & Secundi Tonis  
Exemplum



Primi toni. Tenor.



Secundi toni imperfecti Bassus.



Primi toni irreg. Discantus.



Altus.

De tertio

De tertio & quarto tono ex  
emplum.



Tertii toni regu. Tenor.



Quarti toni regu. Bassus.



Tertii toni irregu. Discantus.



Altus.

Exempla


Exempla de quinto & sex-  
to tonis.




Quinti toni imperfecti Tenor.



Quinti toni irregu. Bassus.



Sexti toni transpo. Discantus.




Altus.

De sep-


De septimo & octavo tonis  
paradigma,



Septimi toni imperfecti, Tenor



Octavi toni regu. Bassus



Septimi toni transpositi, Discantus



Altus

De Tonorum ambitibus.

Quid

## Quid dicitur tonorum ambitus?

Dicitur circuitus seu cursus, Tonis pro ele  
uatione ac depositione, a Musicis admissus.  
Porro cuilibet tonorum, demptis Musico-  
rum licentiis, octo claves, quibus cursus eo-  
rum integratur, concessæ sunt. Quæ omnes  
in Acutis tonis supra finales usurpantur, in  
Grauibus uero quinq; sursum quatuorq; de-  
orsum locari solent, ut porro de tonorum  
syntaxi tradetur.

## De Tonorum repercussionibus.

### Quid est repercussio toni?

Est peculiaris consonansq;, cuiusuis toni  
intercapedo, ubi maior concentus pars fere  
consumari solet, ut in exemplo cernitur.

### Exemplum



re la. re fa. mi fa. mi la. ut sol. fa la. ut sol. ut fa.

1 2 3 4 5 6 7 8

## De Tonorum cognitione.

Ecquoti-

## Ecquoties Tonus cognoscitur?

Bifariam. Primo in fine, ut de 4 finalibus recensuimus. Secundo in medio, & hoc dupliciter, uno modo ex cursu, ut si acutū cōpleuerit ambitum, acuto, si grauem, graui si uero utrumq; mixto uendicetur tono. Altero modo ex repercussione, siquidem, quod ad imperfectas spectat cantiones, si concentus huiusmodi circa parium tonorum crebrius uersatur repercussionem, pari, cum autem acutorum sæpius quam grauium attingit, impari dedicatur tono.

## Quem dicas tonum imperfectum?

Eum, qui octauam suam non integrat. Cuius harmonia (ut iam traditum est) haud rectius, quam secundum intensam repercussionis suæ notulam, censetur, ut in quinti, 6, 7 & 8, tonorum paradigmatis, uisū est.

Wencesl. philo.

Qui non autenti ascendit, neq; lege plagalis Deprimitur Tonus, is neutralis rite uocetur.

## Quid est mixtus tonus?

Est qui utrumq; ambitum, hoc est, epidia-

F pason

pasōn pariter cum subdiatessaron continet.  
Qui, quemadmodum imperfectus tonus, ex  
repercussione iudicari debet. Vel, ut quidā  
uolunt, cum huiuscemodi cantiones ex epi-  
diapente ad finem declinauerint, imparibus,  
si autem ex subdiatessaron surrexerint, pari-  
bus addicantur tonis unde, Qui uelut auten-  
tus concenderit, utqe plagalis Depressus fue-  
rit, ipsum dicito mixtum. Cuius exemplum  
in planagermanica habetur Musica, cap. 9.

## De Tonorum transpositione.

Ecquid est transpositio cantus

Est concentus alicuius e sede propria ad  
peregrinam, translatio. Quam in cantu pla-  
no, ubi singuli toni in peculiaribus suis fina-  
ibus commodissime concinuntur, minus  
necessariam esse duco.

Cur inuenta est cantus transpo-  
sitiō

Figurati cantus causa, in quo potissimum  
primus & 2, tonus a sede D, sæpenumero ad  
diatessaron G, in Scala bemolli eleuantur, ut  
scilicet mutuum Tenoris & Baritonantis, in  
Compositione, impedimentum tollatur.

Quotuplex est transpositio cantus  
Triplex

quartaria                    diates. cātū erī  
**Triplex** quintaria est, q̄ ad diapent. git seu  
diapasonica                diapas. remittit

## Quæ harum aptior existimatur

Primo 2, 3, 4, 7, 8, tonis, Systema bdu-  
rum in b molle uariatum, dexteror est quar-  
taria, quam quintaria cantuum translatio.  
**Quandoquidem** tonorum ac semitoniorū  
digestio in solis octauis & 4tis omnimode  
æqualis existit. Verum quintus & 6, tonus,  
sub Scala bdura, quintariam requirunt tran-  
spositionē. Quamuis quinto Tono in men-  
surato concentu, aptior quartaria transpo-  
sitio submissa, quam prior, existimatur ut po-  
te, cum ex clauibus, C, D, E, F, G, a, b mi, c, cō  
positus, in C, magno desinit.

Quamobrem ad huiusmodi claves hæc  
ipsa fiet transpositio, ubi regularis tonorum  
modulatio immutata concini queat. Hoc est  
in quibus eadem uoces quæ ante transposi-  
tionem canebantur, modulari ualeant. Id  
quod potissimum quartariæ ac diapasonicæ  
translationi euenit.

## Quomodo cognoscitur cantus transpositus?

Per quatuor, extremarum clauium uo-

ees, Re, mi, fa, sol, Quibus perspectis, nihil  
scrupuli erit, quin quælibet cantio dijudica-  
ri ac peculiari suo tono dedicari ualeat. Ni-  
mirū Re primi & 2. mi 3 & 4, fa 5, & 6, sol 7  
& 8 toni finis est. Id quod in figura succeden-  
te luculentissime declaratur.

Finis & medium obseruentur in  
tonorum irregularium cog-  
nitione.

1, 3, 5, 7,  
fine, per uoces Re, Mi, Fa, Sol  
2, 4, 6, 8,

In cognosce  
medio, ex cursu Acuto, Acutos, tonos.  
ex Graui, graues

De syllabica tonorum cognitio-  
ne Typus.

Quæli-

Quælibet cantio desistens in clave,  
ubi canitur

Ascen ut  
descen. sol

bdur.      Γ, G, g,  
cantu      in      7 uel 8

bmoll      C, c, cc,

bdur.      C, c, cc,  
cantu bmoll in B, b, bb, 5 uel 6

bmoll. 2F, F, f,

utpote in

bdur.      E, e, ee,

cantu bdur. in      3 uel 4

bmoll. A, a, aa,

Re      Mi

bdur.      A, a aa,  
cantu bdur. in D, d, dd, uel 2

bmoll      Γ, G, g,

toni est.]

# De Tenoribus seu Trōpis Tonorum.

## Quid est Tenor?

Tenor hoc loco, compendiosa est modu-  
latio, in Tonorum repercuſſionibus con-  
ten-  
ta, quæ perpeuo singulis psalmorum uerſi-  
bus in fine adhibetur. Est enim nihil aliud,  
quam repercuſſionum amplificatio. A tenen-  
do dictus, eo q̄ harmoniam, ne toni sui pro-  
prietatem amittat, teneat ac cōseruet. τρόπος  
græce, modus, mos uel ratio latine dicitur.

## Tenores quot sunt?

Tot, quot Toni, Nam quisq; Tonorum  
proprium occupat Tenorem, qui semper in  
suprema, repercuſſionis toni sui, notula ini-  
tiatur. Quorum formulæ in exemplis de To-  
norum syntaxi, indicentur.

## Quotuplices sunt psalmi?

Duplices, Maiores & Minores. Maiores  
sunt Magnificat uirginis glorioſæ canticum,  
& Benedictus Sachariæ. Minores dicuntur  
cæteri omnes a Dauide propheta æditi.

## Appendix

In

In psalmis, ubi dictio pausam in medio attingens, sit uel monosyllaba, ut tu, fac, me te, &c. uel hebrea ut Effraim, hierusalem, Israel Iacob, Aegiptum. Vel Barbara seu indeclinabilis, ut Astorat, Senaherib, uel græca ut Chrison partenopolis &c, ipsa contra Toni naturam in medio eleuari debet.

## Caput Sextum

### De Tonorum compositione ac proprietatibus.

#### Præfatio.

#### Quod diuersi diuersis delectentur modis.

Cum non omnium ora eodem cibo capiantur, ut Ioannes papa capitulo 16. Musicæ suæ refert, sed ille acrioribus, iste uero lenioribus escis iuuetur. Quocirca non omnium aures eiusdem modi sono oblectantur. Quidam enim hilarem, morosam, ac curialem primi Toni modulationem diligunt. Alii simplicem, humilem, ac moestā secundi cantionem amant. Alios seuera ac furibunda tertii melodia iuuat. Quidam adulatorio ac gemebundo quarti modula-

F 4 mine

mine mulcentur. Aliis modesta, ac delectabi-  
lis quinti concentus placet. Alios lachrimosa  
sexti forma delectat. Quidam indignanti sep-  
timi phthongo iuuantur. Alii decentem, pla-  
cabilem, & quasi matronalem octauo tono  
melodiam libenter audiunt. Nec mirum,  
inquit Guido, si uarietate sonorum delecta-  
tur auditus, cum colorū uarietate uisus, ado-  
rum olfactus, ac mutatis saporibus ligua con-  
gaudeant. Vnde uariæ maximæq; morum  
permutationes per octo modos fiunt. Nimi-  
rum animus lasciuus, lasciuioribus, asperior  
incitatoribus, loetior loetioribus, humilis  
humilioribus &c, cantionibus delectantur.  
Cæterum quisq; compositurus tonum, caue-  
at ne in re lamentabili, iucundam, aut in læ-  
ta, tristem adhibeat melodiam, sed uerbis  
concentum congruere studeat, utpote, cum  
indignationem ac seueritatem sapiunt uerba  
asperos & seueros disponat sonos, quod ter-  
tio & septimo competit tono. Cum uero de  
amore precatione, uel lamentatione fuerint  
uerba, flebiles & adulatorias modulationes,  
quæ ex secundo, quarto & 6. oriuntur tonis,  
accommodeare decet. Verum laudis & modes-  
tiae uerba, iucundas exigunt cantilenas, quod  
primo, quinto & octauo tono adscribi soli-  
tum eit.

Compo

## Compositio toni quid est?

Est modorum secundum toni proprietate, consona syntaxis. Quemadmodum enim oratio in Grammatica ex dictiōibus, ita Tonus in Musica ex modis construitur. De qua hæc tria Tyronibus animaduertenda cœleo.  
1. Initium, ubi inchoanda sit, & b molles ne an bdura debeat esse harmonia.

2. Medium, quantum eleuanda aut deprimenta sit, & quam habeat repercussionē
3. Finis, ubi regulariter & irregulariter terminetur modulatio.

## Quæ est utilitas huius compositionis?

Hæc est, ut quisq; illius gnarus, non tam cantum uerum a falso cognoscere, urbanum a uulgari iudicare, falsumq; emendare, quam nouum a se ipso etiam inuenire & compone queat.

## Quid per sequentis typi notulas indicatur?

Grauissima huius paragraphiæ notula, remissionem Altera exitum, Tertia repertussio nem, Supremaq; tonorum intensionem significant.

nificant. Verum quadri, & b. sphærici insitio  
cantus qualitatem indicat, quibus quemlibet  
tonum mi in b clave exigere perspicitur, præ  
ter quintum & 6. qui, ut priscis placuit, per  
mixtim mi & fa flagitant. In recentiorum ue  
ro Musicorum æditionibus fa solum in ea  
accinitur, ut sequens figura, in qua omnia  
hæc tanquam in speculo cernuntur, declarat.

## De arsi & thesi omnium to norum

### Typus

Quid per arsim & thesim intel  
ligitur


Arsis extensio

dicitur

toni

Thesis submissio

Speculum & fons octo tonos  
rum regularium.



**Quare speculum & fons tonorum appellatur**

Nā singula fere ad tonorū syntaxim deseruentia, uidelicet intēsiones, remissiones repercussiones ac fines eorū, cēu speculo in hoc Typo oculis exponuntur, & quasi ex fonte promanant.

**Tria ad syntaxis praxim deseruentia.**

**Primum**

**In**

In Tonorum syntaxi hi sex modi potissimum usurpari solent, Semitonium, Tonus Semiditonius, Ditonus, Diateffaron, Diapente. Cæteri uero, Semitonusdiapente, Tonusdiapente, Diapason, raro, præterquam in certis suis tonis immiscuntur. Prior siquidem modus in Tertio aut 4, alter in primo, Diapason autem in singulis quandoq; tonis, locum obtinent.

### Secundum.

Crebra clausulæ uel modi eiusdem uno in loco repetitio, uitari debet, tradente philomate, Namq; frequentatum turbat, recreat uariatum. Quinetiam modi prohibiti, Tritonus, Semidiapente, Semidiapason &c. tanquam cautionum uitia, prorsus fugiendi sunt.

### Tertium.

Claues characteristicæ ita in quinq; linearum serie statuentur. F. in primo 3, & 8, tonis perfectis, secundam, in secundo quartam, in quarto & 6, tertiam, in quinto & 7, infimam accupabit lineam. Quibus rationabiliter digestis, practicus, clausularum uariarum, tanquam Poeta synonimorum plenus, auspicium capiat, ut sequitur.

In

In praxim manuductio.

Quomodo primus tonus canonicus componitur:

Iucunda primi toni modulatio, in D. exit, construiturq; ex, Systematis bduri, clavibus

Licen. C / D. E. F. G. a. b. m. i, c, d / licent. e, & desinit in D.

### Appendix

Per literas in uertice punctatas, ubiq; tonorum initia significantur. Cæterum perpetuo tonus impar cum suo pari, concordem & uocum reddunt concentum, ut sequitur.

### Appendix altera

Verum in mensurato cantu, saepenumero claves omnes ferme, quæ in uniuscuiusq; toni ambitu complectuntur, pro exordiis usurpari usuuerit. Preterea cuiq; Tono, ut supra monuimus, duæ Notulæ ultra Naturalem eius cursum ex Musicorum licentia conceduntur, una in supremo altera in imo clauium loco.

Quid


**Quid dicitur naturalis Tonorum  
cursus?**

**Octo clavium comprehensio, ex qua cu-  
iusq[ue] integri Toni modulatio constituitur.**

**Quo pacto viij. hæ claves in tonoru[m]  
syntaxi ordinantur?**

**In imparibus Tonis singulæ a sede ele-  
uantur, in paribus uero quinq[ue] surgunt, qua-  
tuorq[ue] decidunt.**

**Primi toni paradigm**



Ten. I. toni  
Tenor, Discant, Fuga 2. temp. in Epidiapas.  
Primi toni transpo. compositio.

F.G.a.b.c.d.e.f g, Finis G.

**Ex quibus clauibus ñ. formatur  
canonicus tonus?**

Simplex ac moesta secundi toni harmonia in D. cessat, & statuitur ex, b duræ scalæ, clauibus.

licent.r / A.B.mi,C.D.E.F.G.a./ licent.b.  
& finitur in D.

## *Z. toni exemplum*



Tenor 2. toni.  
Bass, Alt<sup>9</sup>, Fuga in Epidiapason post tem-  
poris.

Secundi irregu. toni syntaxis.


D. E. F. G. a. b. c. d. ex  
itus G.

Quo pacto iij. tonus regularis  
constituitur?

Austerus & quasi indignans tertij toni  
concentus in E. desistit, oriturq; ex bduri  
Systematis clauibus

licent. D/ E. F. G. a. bni, c. d. cf  
licent. f. & terminatur in E.

De iij. tono paradigma



**Tenor, Discant,** Tenor 3. to.  
**Fuga in Epidiaphason post 3. tempo.**  
**De 3. toni transpo. formatione.**

G, a, b, c, d, e, f, g, aa, finis a.  
Quartus canonicus tonus ex quib⁹  
clauib⁹ construitur.

Adulàtoria quarti toni cantio, in E, desin-  
nit, & contexitur ex Scalæ bduræ clauibus

licent. A / Bmi, C,D,E,F,G, a,bmi,c,& ex-  
it in E.

# Quarti toni Exemplum



Tenor, Discant, EVOVAe Ten. 4 to.  
Fuga epidia pasonica post 4 se, b.  
De compositione 4 ti toni irregu.


D,E, F, G,a,b,c, d, e,f, exitus a.

# Que sintaxis v. regulari cōpetit tono

Ea, quæ in F, exiens, componitur ex bimollis Systematis, clauibus

iicent, E, F, G, a, b, c, d, e, f / licent, g, desistit.  
q; in F,  
Cui⁹ toni melodia, delectabilis existimatur.

Paradigma 5-toni



Tenor, Discant,                                5 toni Tenor  
Fuga 3. temp, in Epidiaphason  
De 5-toni transpo. syntaxi.

C, D, E, F, G, a, b, c, finis C.  
Quam compositionem vi. tonus  
requiri it canonicus?

Eam, quæ in F, terminatur, originemq;  
assequitur, ex, scalæ bimollis, clauibus

iicent, B, C, D, E, F, G, a, b, c / licent, d, & ces-  
sat in F.

Huius toni modulatio, lachrimabilem sor-  
titur formam.                                6 toni exemplū



Bassus, Altus,

Ten. 6, toni

Fuga in Epidiaphason post 3. tempore  
De formatione 6ti Toni irregu.

G, a, b̄mi, c, d, e, f, g, exitus c,

Quomodo vij. tonus regularis  
formatur:

Iracunda septimi toni cantio, in G.  
desistit, & fingitur ex bduri Systematis, cla-  
uibus

licent. F / G, a, b̄mi, c, d, e, f, g / licen-  
ter aa, requiescitq; in G.

vij. toni paradigmā



Tenor, Discant.

Ten. 7. toni.

Fuga 2, temp. in Epidiapas.

Compositio 7.toni transpositi.

b, c, d, e, f, g, aa. bb, cc, finis,

Quomodo octauus tonus cano  
nicus construitur?


Decens ac placabilis 8. toni harmonia, in G,  
magno cessans, creator ex Scalæ bduræ cla-  
ribus

licent. C/D, E, F, G, a, b, mi, c, d / licenter, e,  
& desinit in G.

## Appendix

Et quanquam hic tonus, cum primo eun-  
dem Scalæ fere habent ambitum easdēq; cla-  
ues, fine tamen ac harmoniæ proprietate im-  
pendio discernuntur, ut ex eorum finalibus  
cationibusq; claret.

8.toni paradigma



Bassus, Altus,

Octauis to. Tropus.

Fuga epidiasponica post 2. temp.

Octauis toni irregu. syntaxis

G, a, b, c, d, e, f, g, exitus c:

De peregrino tono.

Ecquid est tonus peregrinus?

Est differentia quædam, septimo tono,  
ut Franchino placet, adscripta. Quæ, cū nec  
ultra octo habentur Toni, rectius peregrinæ  
differentiæ, quam Toni peregrini nomen ha-  
bere poterit. Ita dicta, quod rara admodum  
ac peregrina in cantionibus sit, siquidem ad  
solam Antiphonam, Nos qui uiuimus, & ad  
psalmum unum, scilicet, In exitu Israel, Te-  
nor ipsius cantari solet.

Caput viij. de Monochordi di-  
mensione

Quid est Monochordum?

Est chordæ unius Instrumentum, dua-  
rum ulnarum oblongum, triumq; uel pluri-  
um digitorum latum ac spissum. Ex quo om-  
nia fere Instrumenta Musicalia ceu fôte pro-  
manant, quod in hunc modum dimetietur.

Primo.

G 3      In me

In medio instrumenti longitudinis, una linea oculta, quæ exordium & finem attingit, trahatur, & punctus in capite cum litera 2F, ponetur, quæ clavem proximam sub r, declarat. In fine uero nulla O, ad quam omnes ferme sectiones tanquam ad certum scopum dirigentur, locum habebit. Postea spatium ab 2F, ad usq; O. in nouem æquas scindendæ portiones, in primoq; punto post 2F, locetur r, C in tertio, in quinto G, in sexto C sol. g solreut in septimo, cætera uacent.

### Secundo.

Prædictum spatum in octo distinguetur partes, quarum secunda dabit Bfa, quarta F. finale, quinta bfa, sexta ffaut, ffffa, septima.

### Tertio.

r, & O. in nouem secerne particulas, in primaq; A, in tertia D. in quinta a, d, in sexta in septima aa, ponantur.

### Quarto.

A, cum O. in nouem æquales partes diuide, & prima B mi tertia E, b mi quinta, sexta e, septimaq; bb mi claves requirunt.

### Quinto.

Inter-

Intercapedo de c, ad o, in duas diuidatur portiones, in medio q; cc, scribendum est. Eodem modo ab d, ad o, & medium dd habebit. Item in medio e, & o, ee locum obtinebit. Nimirum singulæ octauæ, secundum peculiarem suam, uidelicet duplam proportionem, discernuntur, ea ratione diapason (ut Theorici tradunt) crebro duplæ sibi nomen adsciscit.

## De semitoniorum additione.

### Sexto.

Interuallum ab Bmi ad o, in decem disiunge partes, quarum primam Cis, secundā Dis, Quartam Gis, Sextam dis, Septimam gis Octauam ddis occupabunt.

### Septimo.

Item Cis & o, in octo distribuentur membra, in secundo Fis, in quarto cis, in quinto fis in sexto ccis locentur.

### Octavo.

Postremum in medio b, & o, bb, ponito. Sic itaq; integrā monochordi dimensionē, tribusq; octauis (ut uocant) adornatam habebis, in quo plura ad opificium musices, non tam practices quam theorices, deseruentia,

G 4      utpote

utpote commata, schismata, diaschismata,  
item minoris & maioris semitonii discrimē  
& alia huiusmodi, pueris, cum a præceptoribus  
præmonstrari, tum ipsi minori negotio  
per se inuestigare ualeant.

### Quid est Comma?

Est (ut supra retulimus) subtilissima duorum sonorum distantia, quarum nouem unum integrum constituunt Tonum. Id quod facile probari poterit, cum Toni alicius in Monochordo interstitium, in nouem æquas disiungitur partes, ubi quæq; pars Cōma unum significat.

### Quid est Schisma?

Est Commatis dimidium, quod fit, quando Comma in binas secatur portiones.

### Quid est Diachisma?

Est Semitonii minoris dimidia pars, duobus Commatis absoluta.

### Semitonium minus quid est?

Est quatuor Commatum syntaxis, quod fit, quando de mi ad fa proximum & conuerso, solmisatur. Vel, est quod ex sesquiteria, ablatis duobustonis, relinquitur.

Ecquid

Ecquid est Semitonium maius?

Est quinque Commatum interuallum, cuius exemplum, de fa ad mi in bfa, bmi, habetur, ut supra Cap. 4. de Toni & Semitoni differentia, satis ostensum est.

### Annotatiuncula.

Si breui aliquid in partes octo diuidere uolueris, tunc primo totum illius in binas æquales distingue portiones, quarū quamque in geminas, illasque iterum in duas minores se ca, & octo inuenies partes. Si uero in nouem tunc totum primo in tres, & quamlibet triū iterum in ternas scinde particulas, & factum est. Verum si in decem, tum totum in quinque partes metire, & quamque illarum in binas, & decem exilient portiones. Quam quidem annotatiunculam, quod multum ad Monochordi dimensionem conducere uidebatur, propter pueros annexam hic uolo.

De recta Pythagorica Monochordi,  
per quatuor malleorum pro-  
portiones, dimensione,

Typus.

|         |                                    |                        |                                      |         |
|---------|------------------------------------|------------------------|--------------------------------------|---------|
|         |                                    |                        |                                      |         |
| 2F      | primi                              | 4                      | 2                                    | unū     |
| A       | prīmū                              | 3                      | 3                                    | F,      |
| B       | primū                              | 2                      | 4                                    | S,      |
| Gammaut | primū                              | 3                      | 3                                    | E,      |
|         |                                    |                        |                                      | Dia     |
|         |                                    |                        |                                      | D,      |
|         |                                    |                        |                                      |         |
|         | divide 2F & O. iuxta<br>proportiō; | primi mallei ad 3 in 3 | partes, & ab O.<br>2 abiñce et poē C |         |
| A       | secūdi                             | 3                      | 9                                    |         |
| 2F      | prīmi                              | 2                      | 4                                    |         |
| Gammaut | secūdi                             | 3                      | 9                                    | [Bml    |
| primo   | secūdi                             | 3                      | 9                                    | Bfa     |
|         |                                    |                        |                                      | A,      |
|         |                                    |                        |                                      |         |
|         |                                    |                        |                                      | Gammaut |

Quatuor malleorum Typus & proportiones, in germanica instrumentalis reperiuntur Musica, in hunc modum, 4. malleorum proportiones.

|    |    |    |      |
|----|----|----|------|
| i  | ij | ij | iiij |
| 12 | 9  | 8  | 6.   |

### De Semitoniorum additione.

Primo, spatum de Dis ad O. in duas partes æquas diuidetur, & secundus Circini pes infra remissus, Gis Semitonium indicabit.

Secundo, de Gis ad O. interstitium, iuxta epitritam, in quatuor portiones distinguetur, tresq; dextram uersus abiijcentur, & Cis Semitonium locetur.

Tertio, interuallum de Cis ad usq; O. in duas scindetur particulæ et secundus Circini pes, ex diuisionis initio submissus, 2 Fis monstrabit. Hoc facto, una scilicet maiuscularum Octaua absoluta, cum omnibus clauibus semitonijsq; digesta, cernetur, hoc modo.

Diapason Capitalium.

2F, 2Fis, Γ, Gis, A, B, Bmi, C, Cis, D, Dis, E, F.

— — —

Porro cum ultra operare, aliamq; Octauam adiicere uolueris, tūc perpetuo clauem, cuius diapason queris, in duas, cum O, particulas.

culas disiunge, & quæsitam Octauam in diuisionis medio reperies. Sicq; cum geminatis singulis, reliquisq; etiam infra supraue Systema agendum erit.

### Semitoniorum Typus.

|   |   |     |     |     |     |     |     |     |     |      |      |
|---|---|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|------|------|
| 1 | 2 | Fis | Gis | Cis | Fis | Gis | cis | dis | gis | ccis | ddis |
|   |   | b   | b   | b   | b   | b   | b   | b   | b   | b    | b    |
|   |   | Γ   | E   | D   | C   | A   | a   | d   | e   | ee   | dd   |
|   |   |     |     |     |     |     |     |     |     |      |      |

fa in  
representat

Caput Octauum de facili accentuū, in Euangeliorum & Epistalorum lectionibus, pronūciatione, pro pueris tantum congestum.

### Accentus musicus quid est?

Est debita, syllabarum finalium, iuxta succedentium punctorum exigentiam, eleuatio ac depressio. Et dicitur græce prosodia, a πρόσ id est ad, & ὁδὸν cantus, quasi ad uel iuxta cantum, quia ceu canendo, syllabas uoce intendere ac remittere docet. Finales

## Finales syllabæ quæ sunt?

Proximæ , puncta , in sententiarum distinctione, præcedentes. Vbi perpetuo uox uel eleuari aut demitti & pausare solet, ut paulo post indicabimus.

## Quotuplex est accentus musicus?

Hoc loco triplex est, scilicet Acutus , qui syllabam finalem ex subsemiditono ad tertiam tollit, Cuius puncta sunt: / Medius, qui ex subtertia syllabam finalem per Tonū erigit inditum illius est: Grauis est , qui syllabam finalem in subsemiditono terminat , cuius punctū est. ut in Notularū exēplo cernetur.

## Ecquot obseruentur in lectionis pronunciatiōne?

Sex, utpote quinqꝫ punctorum genera, Comma: Colon , Virgula/Interrogatio: Periodus. Finisqꝫ lectionis.

## Quid est punctum?

Est signum segregans inrellectum, & spiritum recreans prolatoris.

## Quopacto pronunciantur quinqꝫ prædicta puncta:

1. 2. 3.

Comma: Colon, virgula/eiusdem ferme pronunciationis, syllabam ultimam quandoqꝫ cum


cū penultima, ex subsemiditono ad exordij locum reduci uolunt. Et appellatur accentus acutus, quia syllabas eleuat. **4**

Interrogatio: ex terria depressa syllabas p Tonū modo intendit, & medius nuncupatur accentus, quia in medio aliorum accentuum locum obtinet **5**


Periodus. per Semitonum ac Tonum ab initio remittitur. Id quod duntaxat in sententiārū conclusionibus fieri solet, & Grauis accentus nōmē habet, quia syllabas deprimit. **6**

Finis autem lectionis ex submisso semiditono per binas, ut uocant, secundas, ad initij uel acuti accentus locum reduci debet, ut in argumento adparet subiuncto.

### De tribus accentibus, & quinqꝫ punctis Paradigma.




Sequentia sancti Euangeli secundum Lucam.  
Lectio Epistolæ pauli ad Roma. accēt⁹ acut⁹



Comma:Colon, Virgula/ sic:, / Medius



Quæstio: ita formetur: accēt⁹ grauis.



Periodus, ita cadet.



Lectio sic finietur.

Cætera quæ de lectionis huiusmodi ratione  
hic desyderantur, breuitatis Tyronumq; causa,  
qui uarias accentuum formulas obseruare neque  
unt, omittere consultum uidetur, quare ca, si lubet  
ex alijs petantur musicis.

ERRATA Cap: ij.

Scalæ initio hæc præscribētur, scilicet, **Triplex**  
**Clauium** differentia. Deinde ad infimam Clauiū  
digestionem scribetur. Maiusculæ viij. Ad mediā,  
Minutæ viij. Ad supremamq; Geminatæ 6.

CONCL VSIO,

Præterea scias candide lector characteres aliquot  
musicales, eorum in Typographia ob penuriam  
in hoc libellulo omissos esse, ut sunt b. quadrati,  
semitoniorumq; instrumentalium formulæ. Qua  
re si b. sphæricū ante uoces, durus, dura , durum,  
uel mi, sic bdurus, bdura, bdurū, bini &c. reperi  
es, propter b, rotundi & quadrati discretionem,  
b, orbiculare in quadratū, quod penīx adminicū  
lo haud difficile fieri potest, mutabis. Cæterum  
**Semitonia**, utpote Cis, Dis, Fis, Gis, &c pro iſſyl  
laba, contortis in dextro latere titellis, scribētur.  
ut in instrumentalī germanica Musica, & alibi  
multis in locis adparent. Postremo pium quēq;  
lectorem rogatum uolo, ut meum hunc qualem  
cunq; laborem, tantū publicæ studiorū utilitatis  
causa tentatum. boni consulat. A cæteris nihil ni  
si solam ingratitudinem sperandam, sæpiissime ex  
pertus sum Vale.      Ad Zoilum.

Zoile uipereo qui quælibet ore cruentas

Dentibus haud lacera uiscera nostra tuis,  
Nos teneras cupimus puerorum pascere mentes

Quas scelus est dapibus dispoliare suis.

Magd.apud Micha. Lottherum.